

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Compassio p
cum fonte primo

Tria sunt per que probatur uera compassio,
scilicet occulta beneficia, paupertas et mors.
Beneficium enim, si impendatur occulte,
humane laudis extinguit fauorem.
Quando autem pauperi miseretur aliquis,
temporalis remouet spem retribucionis.
Cum pro proximo pati mortem non renuit,
amorem mundi non preponit.
Hec sunt enim tria illa que solent eneruare
compassionis membra, humanus scilicet fauor,
temporalis retribucio et amor mundi.

Hugo de clauistro anime libro capitulo IX.

Tria sunt per quae probatur vera compassio,
scilicet occulta beneficia, paupertas et mors.
Beneficium enim si impendatur occulte,
humanae laudis favorem exstinguit.
Quando autem pauperi miseretur aliquis,
temporalis removet spem retributionis.
Cum pro proximo mortem pati non renuit,
amorem mundi non praeponit.
Haec sunt enim tria illa quae solent enervare
compassionis membra, humanis favor,
temporalis retributio et amor mundi.

Hugo de Folieto, *De clauistro animae libri quatuor*, 1.13 (PL 176, col.1040B-C).